



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Parat se ad mortem subeundam, moritur tamen domi suae. n. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1576. regni salute publicâ (hoc est) ab hæresi maximè alienum Itaque hic sum, seclusus ab cæterorum omnium confortio, sine lpe laxioris custodiæ, nisi forte in proximo Nouoportensi Iudicio turtus sistar, obsequij Deo præstiti fideique Catholicae conseruatæ reus. Hæc ad vos (ô Socij vinculorum) dare habui, vt sinistris de me rumoribus obuiam irem , volque ad eam quam opto in fide perseverantiam omnibus votis adhortarer . Valete .

Parat se
ad mortem
Subcundā.

Mutatis
frequenter
carceribus
tandem do
mui pater-
næ mori-
tur.

Effexios
nunc voca-
mus & Cæ
tabrigien-
ses.

Fabri fer-
rarij con-
uercio.

X X. Multa liberè dicta apud causarum cognitores , præsertim de potestate ab Regina usurpata in res Ecclesiæ , non opinionem solum sed spem iniecerant posse se proximis Iudicijs ad dicendum de capite vocari. Ea propter , mortem præforibus figurans , nullum pietatis genus omittebat , quo se tum ad exitum felicem compararet , tum etiam accenderet desiderium , prece , lectione , scritpione . Non pauca enim hoc tempore est commen-tatus , memorię commendata diligentí manu nostri *Thomæ Stephasoni* (quem vidimus ut dictum est Watenis) Præcipua fuere ; vt pœnitentia necessita-tem demonstraret quatuor argumentis . A multitudine peccantium : ab saltorum prophetarum ingenti numero : A crudelitate Turcarum & hære-ticorum : ab nuperis de cælo & de terra ostentis : adiunctis Capitalium vitio-rum omnium remedij . Tum decem sibi solatia contexuit ad mortem alacri animo tubeundam incitania : Quod morte esset peccata sua expiatu-nus : Quod Dei & iustitiae causa , & Christi exemplo vitam profusurus priusquam aut Angliam euersem (quod iam tum ominabatur euenturum) aut AntiChristi tempora videret : tum etiam fidei fermentum qualicunque suo sanguine rigatus , & tantillum ad constantiam Catholicorum , hære-ticorum dedecus , Religionis defensionem allatus . Sed ea ad quam adspira-bat brevis mors in diuturnos carceres est commutata , de quibus stri-ctim dicendum , nè vnius vitam retexendo Historiæ filum habeamus ni-mis implicatum Cùm enim non cessaret verbo & scripto tum Reginæ in Ecclesiasticis principatum incessere , tum Catholicorum animos confirma-re , Elmeri Londinensis diligentiā amotus est in castrum Storfordiense , in fi-nibus Cathalaunorum & Trinobantum , addito præcepto nè ad eum cui-quam pateret ingressus . Fabro aptante ad pedem ferro conatur compedi osculum imprimere , Faber compedem capiti impingens elicit sanguinem : at *Thomas* , fereno vultu , "vtinam inquit , hic sanguis ex imis meis fluxisset præcordiis eâ pro quâ patior caulâ ; percussus Faber viri patien-tiâ scire auet quid hoc causæ sit , & quibus nixa fundamentis . Annis post ali-quot accedit ad Catholicos ; tenetur ; & in Carcere piè defungitur ; tanti est constantiam in asperis tueri . Pondus post annum ad Mariscalli sedem re-uocatur ; tum in Arcem Londinensem comprimitur : Inde defertur in No-mistiriora trans Tamesim , atque hinc Wisbicu[m] Insulæ Eliensis propugna-culum , vbi plures annos cum pluribus Sacerdotibus & laicis versatus est

& fa mi-